UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Mappalici martyris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

cum Chriſto æternùm victuras trāſmiſerunt. C
Lauto Epiſcopus ſubſcripſit in [A]urelianēſi [co]nc. 2 & 3.
que & Paterni exequias celebraret Lauto Ep[iſco]pus, qui ante dies octo eius inuiſendi cauſa [ve]nerat, eiuſque ſacrum corpus ad baſilicam de[por]taret: itemque Lanſcius epiſcopus S. Scubili[onem] ad baſilicam eandem adduceret ambo ponti[fices] concinente pſallentium choro, præter omnem [ex]pectationem ſibi inuicem occurrerunt, pari[ter] in eodem loco conuenerūt: & viri ſanctiſſimi [quo]rum funera illi antiſtites curabant, fœlici tr[anſitu] locum orationis, quem ipſi extruxerant, eod[em] ſimul occuparunt: & qui ſe in vita mutuo d[ilexe]rant, nec in morte quidem ſeparati ſunt, idq[ue] vt vno eodemque momento, pariter condi[ti]. nec dubium, quin Chriſto redemptori no[ſtro], [no]ſtrî amantiſſimo, electi eius gratia è ſeculo [...]bus meritis illuſtres pariter occurrerint in [...] etiam poſt obitum beatis & mirificis operi[bus] [in]tegrè viuentes & miraculis coruſcantes ad l[audem] & gloriam præpotentis Dei, cui eſt honor & [...] in ſecula ſeculorum. Amen.

---

## MARTYRIVM S. MAPPALI[CI]
### *vt habetur in vetuſtiſsimus monument[is].*

17. Aprilis.

SAnctus Mappalicus apud Africā cum a[...]ribus martyrio coronatus eſt. Scribit d[e eo] [be]atus Cyprianus in epiſtola ad martyre[s & con]feſſores hoc modo. Vox plena Spiritu ſa[ncti] martyris ore prorupit. cùm Mappalicus [beatiſſi]mus inter cruciatus ſuos proconſuli diceret: [Videbis] cras agonem, & quod ille cum virtutis [ac fidei] teſtimonio dixit Dominus impleuit. Agon [...] exhibitus & Dei ſeruus in agonis promiſſi[o]ne coronatus eſt. Et poſt pauca. Hunc ig[itur]

B. Cyprian. epiſt. 922 & 23.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem per prophetas antè dictum per Dominũ promiſſum per Apoſtolos geſtum Mappalicus ſuo & collegarum ſuorum nomine proconſuli repromiſit nec fefellit in promiſſo ſuo vox fidelis. Pugnam quam ſpopondit exhibuit, & palmam quam meruit accepit. Iſtum nunc beatiſſimum martyrem & alios participes eiuſdem congregationis & comites in fide ſtabiles in dolore patientes in quæſtione victores & cæteri quique ſectemini & opto pariter & exhortor, vt quos vinculum confeſſionis & hoſpitium carceris ſimul iunxit, iungat etiam cõſummatio virtutis & corona cæleſtis.

---

*MARTYRIVM SS. MARTYRVM ELEVtherij Epiſcopi & matris eius Anthiæ. ex eo quod eſt per Metaphraſt. Vixit Eleutherius ſub ſummo Pontifice Anacleto. non autem ſub Aniceto quemadmodum de eo agit Nicephorus ex Metaphraſte. Nam cùm paſſus ſit ſub Hadriano Imp. & Anicetum poſt Hadrianum ſediſſe conſtet. manifeſtè patet error. Videtur autem Librariorum incuria accidiſſe vt Anicetus pro Anacleto poneretur.*

ELeutherius ex inclyta vrbe Romana, illuſtri admodum genere diuitijs & mũdi huius gloria cum primis præſtantiſſimo ortus, (quippe cuius parentem ter conſulatum geſſiſſe referunt hiſtoriæ) pietate & religione admirabilis tanquàm lucidiſſimũ ſydus impietatis tenebras profligauit. Mater eius Anthia, fœmina omnibus virtutibus ornatiſſima, cùm ex D. Pauli prædicatione Chriſti fidem percepiſſet, religionis ſtudio incredibiliter incenſa, filium ſuum Eleutherium ſanctiſſimis diſciplinis imbuendum curauit, quò aliquandò doctri- 18. Aprilis. Patria & parentes eius.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN